

7443 Valenza del Pò nella sagrestia del duomo.

M · VIBIO · Q · F · P<sup>ol</sup>  
 VET · ER · LEG · IX  
 HISPANIENSIS  
 HAERENNIAE · M · F · S · ALI  
 5 VXSORI  
 SAL · VIBIO · M · F · PO<sup>l</sup> / l. f

Bartoli ms.

Hiatus non indicatur. — 2 VLIER traditur.

7444 in territorio Papiæ apud montem Besignanum ['Bassignana, opinor' CAPSONI] GAMMARUS LILIUS. In ripa Tanagri prope montem Castellum [Montecastello non longe a Bassignana] in altari S. Iohannis Hierosolymitani CHIG. In agro Alexandrino ad montem Castrum in ripa Tanari fluvii RED. — Inter urbanas refert FERRARINUS (Paris.); inter Cordubenses IUCUNDI AUCTARIUM.

LOCVS  
 L · M · CATIORVM · SEX · F  
 ET · TERENTIAE · M · F · SECVND  
 ET · TITIAE · L · F · POSTVMAE  
 5 ET · M · CATI · L · F  
 IN · FRONT · P · XXXV  
 IN · AGR · P · XXXV

Gammarus cod. Stuttg. f. 50 qui adscribit 'inventum per me T(homam) G(ammaram)' eodemque exemplo Lilius f. 12 (inde Reines. 16, 14 ex Langermannianis; Malvasia p. 250 omnino ex Lilio; Mur. 1653, 7 ex Malvasia; Capsoni 1, 245 tab. 3 n. 11 ex Rein. et Malvasia). Diverso exemplo Chigianus I. VI. 203 f. 33' et Redianus f. 82 (inde Gud. ind. p. CVII). Nescio unde Ferrarinus cod. Paris. f. 118, Reg. f. 4' et Iucundus auctus (cod. Cicognæ f. 244 n. 29), hic inter Cordubenses (v. p. 771).

Vv. disposui ad Redianum, quocum consentit fere Chigianus. — 4 POSTVMAE Chig. — 5 CATTI Gamm. Lil. — 6 P · XXXV Chig., P · XLV Lil.

7445 Bassignanae in hortis Proverae.

P · CORNELIO · P · F  
 SOLICIO · POM  
 VRVINA · L · F  
 EXSOMNAE  
 5 L · CORNELIVS · P · F  
 SOLICIVS  
 PATRI · ET · MATRI · FECIT

Capsoni 1, 246 tab. 4 n. 1 qui repperit a. 1781.

7446 ex Bassignana in principatu Papiensi venit Mediolanum in aedes Prosp. Visconti MOR.

Q · METTIVS  
 SP · F · STABILIO  
 VIXSI · F · VGI  
 PRIMMEP

Morigia *hist. di Milano* 1592 p. 597 (inde partem dedit Reines. 17, 84, totam Capsoni Pavia 1, 245 tab. 4 n. 14).

3 FVGI traditur.

7447 Quadringenti [= Quargneto] in ecclesia in operculo arcae, quae corpora trium sanctorum Dalmatii Primi Feliciani custodit, superioribus annis aperta LUMELLUS. *Nella chiesa collegiata nell' arca di S. Dalmazio martire; dall' altra parte si legge: 'HIC REQUIESCIT CORPVS S · DALMATII REPOSITVM AB AVDACE EPISCOPO ASTENSI' SPELTA. Hodie Alessandriae in domo Cuttica GUASCO. Ibi ego frustra quaesivi.*

po<sup>h</sup> PONIANVS · SECVNDVS · P · CESTI  
 IVS · PRISCVS · DVCENIVS · PROC<sup>ulus</sup>  
 leg. imp. co<sup>l</sup> ES · NERVAE · TRAIANI · AVG · LEGION  
 seu<sup>r</sup> eq. r. TVRM · VI · TRIBVN · MILIT · LEGION · XXI · RA<sup>pacis</sup>

Lumellus c. a. 1586 apud Moriondum mon. Aquens. 1, 541 neque aliunde Ghilini *ann. d' Aless.* 1666 p. 336. Spelta *historia de' vescovi di Pavia* (Paviae 1597) p. 57, cui misit ex Quargneto Augustinus Gamboa. Ab his pendent posteriores: Gioffredus ms. p. 58 omnino ex Spelta; Mur. 820, 1 e Spelta, 2032, 4 ab Oct. Boccho Adriensi; Car. Guasco apud Orlandum *città d'Italia* 1 (1770) p. 235 evidenter ex Ghilino; Duranti *Piem. Cisp.* p. 343 'la riproduco come mi fu comunicata'.

Variam lectionem dabo Lumelli (Mor.) Ghilini Speltae. — Vv. recte dividit Lum. solus. — 2. 3 PROC. ES] PROCERES Spelta. — 3 LEGION · I Lum., LEGION · L Ghil., LEGION · I Spelta. — 4 fin. R · A Lum., R Ghil. Spelta.

Videtur spectare ad filium consulis a. p. C. 87 C. Ducenii Proculi. Cf. Henzen *relazione sugli Arval.* p. 46.

7448 Quargneti, si fides est BUZZIO.

M · VIBIO · M · F  
 POM · PATRI · TREBIAE · Q · F  
 POSILLAE · MATRI · IVLIAE · C · F  
 VERAE · VXORI · M · VIBIVS  
 5 M · F · HOMVNIO · SIBI  
 et SVIS · V · F

Buzzi *storia di Gamondio antico, ora Castellazzo di Alessandria* (Asti 1865) 2, 42.

4 VERAE... VXORI, 6 A · SVIS traduntur.

## XCI. VARDAGATE (Terruggia). Ager inter Tanarum et Padum.

Complectitur caput titulos repertos inter Valentiam Hastam Industriam in agro inter Tanarum et Padum interiecto. Loci, unde titulos habemus, sunt Occimiano, Casale, Terruggia, Camagna, Grazzano, Moncalvo, Tonco, Roatto, Camerano, Villa S. Secondo, Pica, Cunico, Montiglio, Odalengo, Moncucco, Albugnano. Harum partium cum hodie princeps sit Casale urbs caput olim marchionatus Monferratensis, hoc loco complectemur pauca quae dicenda sunt de auctoribus qui scripserunt de marchionatu Monferratensi oppidisque eius originis non Romanae Casale et Alessandria. BENVENUTUS S. GIORGIO († 1527) quam scriptam reliquit *cronica del Monferrato*, ea primum prodiit Casale 1639 fol. cura

Honorati de Rossi, quam editionem magis fidam repperi quam editam moderante Vernazza (Taurinis 1780. 4). Fulgentii ALGHISI de Capella liber *il Monferrato sino all' anno 1677* cum adhuc ineditus sit, adhibui codicem autographum servatum hodie in bibliotheca publica Casalensi spretis apographis tribus servatis Taurinis (bibl. univ. P. III. 6; bibl. reg. n. 401. 956); praeter titulos aliquot ex Chiesa depromptos affert quosdam exceptos ad ipsos lapides. Denique inscriptiones Casale et in agro Casalensi extantes omnes collegit Georgius RIVETTA in commentario *fatto storico della città di Casale Monferrato* (Casale [1809] pp. 39. 4). — Ad Alexandriam quod attinet, brevem tractatum Ra-